



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

111 Spolians est usurpator, & antequam de dominio cognoscatur,
restituere tenetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

teſt, alioquin ſufficit monitio generalis contra incertas perſonas, qui talem uſurpationem fecerunt, ut per gloſſ. in eod. c. conſtitutionem in ver. nominatim, c. ſin. ſ. vocationem, & ibi Franc. de elect. in 6.

Conſtare etiam debet iudici de uſurpatione teſtium depoſitione, aut aliàs legitime ¶ Cùm enim actor non probante reus abſolvatur, l. qui accuſare, C. de eden. niſi conſtituto de allegatis, declaratio promulgari non poteſt: ſi verò reus compareat; allegando, ſe bona, quæ poſſidebat eccleſia, in ſuos uſus convertiſſe, uti de jure ſibi competentia, de quibus juribus ſe paratum edocere proponat, cùm res efficiatur dubia, a verò laico de jure pertineat, & de poſſeſſione eccleſiæ ¶ 108 conſtet illius conſeſſione, qua ¶ nulla major eſt probatio, ut inquit Iaſ. poſt alios in l. Titia num 28 ff. de verb. oblig. Craver. conſ. 6. num. 3. & Monoch. conſ. 21. num 14, ea ratione, quod probatio per conſeſſionem dicatur notorium, ut tradit Bart. in l. ſcriptus, num. 2, ver. idem dicitur quod ¶ ff. de relig. & ſump. ſun. Innoc. in cap. ex parte, il 1, num. 5, de verb. ſignif. & Abb. in cap. cum ſpeciali ſ. porro, num. 7. verſ. concludit, de appell. cùm enim zgatur de ſententia excommunicationis à jure lata contra uſurpantes bona eccleſiaſtica, de qua per concil Trident. cap. 11, de reform. ſeſſ. 22, & Bull. Cœn. Domini ¶ 110 de qua ſupra ¶ pro exceſſu notorio in declaratione ferenda nulla ſolemnitas eſt adhibenda: ſed etiam ſine citatione poteſt quis excommunicatus declarari, Innoc. in d. cap. ex parte, num. 5, Abb. in cap. pervenit il, 1, num. 7, de appell. & Fezn. in cap. Rodulphus num. 41, verſ. intellige ſecundo de reſcrip. prout etiam quan-

da ſententia excommunicationis incurritur ipſo facto per text. & gloſſ. in cap. reprehensibilis, in ver. ipſo ſuo genere, de appell. & ibi Abb. num. 6, & 7.

¶ 111 Spolians ¶ quovis modo jura uſurpat: & idè contra ſpoliantes omnia jura inſurgunt, ita quod ſpoliatus, antequam cognoſcat de domino, in primis, & ante omnia eſt reſtituendus, Bart. in l. ſi quis ad ſe fundum, num. 2, C. ad l. l. de vj. pub. & Menoch. conſ. 2, num. 185, lib. 1, & reſtitutio datur ad jura, quibus quis fuit ſpoliatus, & ſic ad eccleſiaſtica jura uſurpata, ſivè ſint corporalia, ſivè incorporalia: poſſeſſio enim acquiſita eſt jus, l. peregrè ff. de acquir. poſſeſſ. Et quod appellatione juris poſſeſſio includatur, probat Gomez. poſt alios per ipſum allegatos, in reg. de non toll. jur. quaſ. quaſ. 5, num. 5, 6, & ſeq.

¶ 112 Quapropter ¶ ſpoliator incidit in Bullam Cœnæ Domini, à qua quis excuſari non poteſt, excipiendo de juribus ſibi competentibus: quia cùm præſumptio ſit contra ſpoliantem, etiam quod conſiteatur qualificatè, poteſt illa conſeſſio pro parte acceptari & pro parte impugnari Bart. in l. Aurelius §, idem quaſi num. 2, ff. de liber. leg. & Craver. conſil. 150, num. 5, longè enim commodius eſt poſſidere, & adverſarium ad onera petitorij compellere, quàm alio poſſidente, petere, l. is qui deſtinavit ff. de rei vend. trina monitio, de qua ſupra num. 106, regulariter requiritur ad ſententiæ excommunicationis validitatem, cui tamen Papa non ligatur, quia Paulus quando Hymeneum, & Alexandrum tradidit Satanæ, non præmiſiſtè trinam monitionem, nec formam, quod una ſufficeret